



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

86. An sit denunciandus Sacerdos, qui non habens facultatem audiendi confessiones ab Ordinario sollicitat fæminam in confessione, fingens se habere talem potestatem? Et quid, si mala fides ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

ad se confitenti, ut ipsi eo in loco vas naturale ostendat, quod ipsa in eadem confessione verbo affectum habere dixerat? Ex p. 4. tr. 5. Ref. 47.

Sup. confes. §. 1. **A**ffirmative & recte respondet Soula opusc. de Confess. solic. tract. 1. cap. 18. n. 14. ubi sic ait: Duo Confessarii feminis sibi confessis hanc im-
verf. Sicuti si posuerunt poenitentiam, ut ab ipsismet Confessariis Confessarius. nuda verberarentur, & cum ad hoc pervenissent, alte-
ra manu propria Confessarii, altera vero scutica quam Confessarius tenebat manu, vapulat ab ipso. Dubita-
tum fuit an huiusmodi actu sollicitationes in confes-
sione factae dicendae forent? & resoluta est pars affir-
mativa ac merito quidem, cum sint actus inhonesti,
qui sollicitantes, seu potius sollicitationis tentationes dici debent. Quod sint sollicitationes in confessione,
videtur etiam manifestum, cum poenitentia confes-
sioni sit annexa per se. Ita ille, qui & optime alium ca-
sum sollicitationis ponit, quando videlicet Confessa-
rius suadet feminam sibi actu confitenti, ut ipsi in eo
loco vas naturale ostendat, quod ipsa in eadem con-
fessione morbo affectum habere dixerat, est enim hac
suasio, cum non fiat ad medicinam praestandam, nihil
aliud est quam sollicitare tentare.

RESOL. LXXXIII.

An interpretis sollicitet in confessione sit denunciandus?
Et quid, si interpret sit etiam Sacerdos? Ex p. 4. tract. 5.
Refol. 9.

Sup. hoc sup. §. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Seraph. Frei-
tas Additionator Roderici Acugna tract. de
Confess. solic. q. 1 §. 27. ubi sic asserit. Ex praedictis no-
va quaestio excitari potest, utrum laicus confessionis
interpret, si in eodem actu sollicitet, quod facile fieri
potest, ignorante linguam Confessario, Pontificis poe-
nis subiacet; non incurritur suadet, quia is nec est Sa-
cerdos, nec huius Sacramenti Minister. Contrarium
tamen dicendum mihi videtur, tum quia in hoc casu
eademmet datur ratio, quae in Confessore hoc est abu-
sus Sacramenti, sacrilegium, antidoti remedium in ve-
nenum, sumiturque Sacramentum ut medium ad pec-
candum; tum etiam, quia interpret, licet laicus parti-
cipat aliquid de actu clavis, ut ait D. Th. in addit. ad 3.
par. q. 1 art. 3. in corp. & Suar. tom. 4. disp. 33. sect. 5. n. 4.
Sub nomine igitur Sacerdotis comprehenditur sive
extensive, sive per participationem. Accedit quod di-
ctus laicus in tali casu secundum opinionem commu-
niorem tenetur ad sigillum & quae ac Confessarius, quia
sicut de actu clavis participat, ut diximus cum D.
Thom. participat etiam sigillationem, ex eodem D.
Thom. in 4. disp. 21. quest. 3. art. 4. ad tertium. Ita Frei-
tas ubi supra.

2. Sed his non obstantibus, ego puto interpretem
non solum laicum, sed etiam Sacerdotem non incur-
rere poenas sollicitantium, quia absolute non est Con-
fessarius, sed potius ex parte poenitentis se tenet, &
ita docent Ioan. Sancius in selectis disp. 11. n. 10. & 37.
Castrus Palaus tract. 4. disp. 9. punct. 9. n. 6. & Ant. Soula
alio §. not. 1. in apbor. Inquis. lib. 1. c. 34. n. 14. ubi sic ait. Sive laicus,
sive Sacerdos interpret mulieris confitentis, qui ipsam
confitentem sollicitat, non comprehenditur in Summ.
Pontificum decretis. Ita ille, & ego quamvis Freitas in
editione novissima num. 37. & seg. suam iterum conetur
defendere opinionem. Sed noli contemnere nostram
sententiam; quam post haec scripta inveni etiam doc-
cere Fagundez de precept. Eccles. in editione novissima
pr. 2. lib. 4. cap. 3. num. 79. & iterum Soula de Confes-
sion. tract. 1. cap. 10. n. 3.

RESOL. LXXXIV.

An si laicus, vel Clericus occulte ponat se in loco confes-
sionis deputato, & inter confessionem feminam, illam
ibi sollicitet, sit denunciandus? Ex p. 1. tr. 4. Ref. 15.

§. 1. **N**egative respondet Portel. ubi sup. in addit. ad
dub. reg. ver. sollicitare feminas. n. 14. quia Clem.
VIII. & Paulus V. loquentes de audienda Confessione
sacramentalis, loqui videntur juxta communem acce-
ptionem de Confessione vera, valida, & ordinaria.
2. Sed per Constitutionem Greg. XV. Confessarii in
Confessione, sed praetextu Confessionis. Ergo non
est opus, ut ad sit vera, & ordinaria Confessio sacra-
mentaliter, sed sufficit solus praetextus. Sed his non ob-
stantibus, sub censura tamen, puto, supradictos non ef-
se denunciandos, ex vigore Bullae: quia omnes Pontifi-
ces, Clem. VIII. Paulus V. & etiam Greg. XV. impo-
nunt poenas contra Sacerdotes sollicitantes: ergo non
videntur comprehendere laicum, & Clericum; quia, ut
diximus sup. verba poenalia non sunt extendenda ad si-
miles casus. Et ita Doctores, quos supra vidimus, pro-
babiliter excusabant a denunciatione, si Confessarius
sollicitaret puerum: quia Pontifices loquebantur de
Sacerdotibus sollicitantibus feminas. Et ita etiam do-
cuit ante me Sanctarellus de haer. cap. 46. dub. an. 9.
Acugna tract. de Confess. solic. q. 13. n. 9. quicquid in con-
trarium asserat Giptius de cas. reserv. cap. 14. n. 6. Sed, an
supradicti sint ex alio capite Inquisitoribus denun-
ciandi, dicam in sequenti Resolutione.

RESOL. LXXXV.

An dictus laicus, vel Clericus saltem, quia simulavit se
Sacerdotem, si sollicitaverit feminam in confessione, qua
tamen illam absolvendo, sit Inquisitoribus denunciandus?
Ex p. 1. tr. 4. Ref. 16.

§. 1. **N**egativam sententiam docet Rodriguez in 99.
regul. tom. 2. q. 28. art. 2. & novissime in summ.
tom. 2. cap. 83. num. 3. ubi sic asserit: [El que no siendo
Presbytero confiesa, los Inquisidores le pueden casti-
gar, si absolvere al penitente, porque si solamente le
oye de Confession, y no le absolve, no puede ser casti-
gado dellos, si no del Ordinario, atento que quando el
Greg. XIII. comete esta autoridad a los Inquisidores,
dize las siguientes palabras: *Qua procedunt contra eos,
qui non sunt Presbyteri, si Confessiones audiant, & abso-
lutionem impertiantur.* Y la razon lo dicta; porque sola-
mente oyen de Confession, y no quieren absolver, y a
tienen respeto al Sacramento pues nolo quieren admi-
nistrar, y assi no se presume contra ellos, que sien-
mal de la fe, por la qual presumpcion la Sede Aposto-
lica comete este caso a los Inquisidores. Ita Rodrig.
& post haec scripta inveni etiam hanc sententiam do-
cere Ioan. Sancium in selectis disp. 11. n. 36.

RESOL. LXXXVI.

An sit denunciandus Sacerdos, qui non habens facultatem
audiendi confessiones ab Ordinario sollicitat feminam
in confessione, fingens se habere talem potestatem?
Et quid, si mala fides Confessarii, & poenitentis interve-
niant? Ex p. 2. tr. 4. Ref. 17.

§. 1. **N**egativam sententiam docuit Portel. in addit.
ad dub. regularia, ver. sollicitare feminas. n. 13. in add.
quia

Ex Edicto DD. Inquis. &c. Ref. LXXXVII. &c. 413.

quia in tali casu non adest confessio vera, & sacramentalis: & poena imposita alicui actui non incurritur ab illo, qui fecit illum actum, si actus fuit nullus.

2. Sed contrariam sententiam docet Acugna *tract. de Confess. sollicit. q. 14. n. 4.* quam hodie, stante Bulla Gregorij XV. amplectendam esse puto: nam ut sepius supra diximus, in dicta Constitutione non solum Pontifex vult esse denunciandos Confessarios sollicitantes in Confessione; sed prætextu Confessionis, siue extra occasionem Confessionis in Confessionario. Et ita docet post Bullam Greg. XV. Ioannes Sancius in *Selectis disp. 11. n. 39.* etiam si mala fides Confessarij, & penitentis interveniat: quia uterque cognoscit Confessionem invalidam esse, & ob id intendere nequeunt Sacramentum conficere: nam in tali casu Sacerdos ille denunciandus esset.

RESOL. LXXXVII.

An Sacerdos non habens potestatem absolvendi, si in excipiendo aliorum confessiones illos sollicitet, incurvat penas sollicitantium, & sit denunciandus?

Et quid, si mala fides Confessarij, & penitentis interveniat, quia unusquisque cognoscit confessionem invalidam iri ex defectu jurisdictionis, &c.

Et an hoc non procedat, si Confessarius deprehendens fornicatam verum propositum emendationis non habere, & ob id illam non absolvat, sed illam, hoc non obstante, sollicitet?

Et an Confessarius, qui ad libidinem mulierem provocat, quæ ei confitetur, ut excommunicationem Ecclesiæ pro defectu annuæ Confessionis fugiat, comprehendatur in supradictis Pontificum Decretis? Ex part. 4. tract. 5. Ref. 8.

§. 1. Negativam sententiam docet Soula in *apoph. Inquis. lib. 1. cap. 34. num. 16.* ubi sic ait: Sacerdos qui sciens se jurisdictionem audiendi confessiones minimè habere, mulierem, quæ bona fide confitetur, ad inhonestos actus inducit, in dictis decretis non comprehenditur, & si mulier constetur Sacerdoti, quem novit non fungi jurisdictione, ea tamen intentione, ut ipse à Superiori potestatem illam absolvendi petat, probabile est huius decreti reum, probabilius tamen oppositum. Ita ille, & pro hac sententia in part. 1. tract. 4. * *resolut. 17.* adduxi etiam Portel. Et hanc sententiam recentior mordicus tenet Fagundez de *precept. Eccles. in editione novissima pr. 2. lib. 4. cap. 3. num. 79.* etiam in terminis Bullæ Gregorij XV. & ratio est, quia Sacerdos in tali casu probè novit non dari verum Sacramentum: ergo sollicitatio & provocatio ab eo facta, ut est ab eo, non conjungitur cum Sacramento: ergo non est injuriola Sacramento, prout de injuria Sacramenti loquuntur Pontifices in constitutionibus, sed suspicio hæresis in hoc casu non datur ab injuria Sacramenti separata: ergo cum hæc non detur, nec suspicio danda est, ac proinde huiusmodi Sacerdos in Pontificis decretis non peccat, neque includitur, & in terminis etiam Bullæ Gregorij XV. tenet hanc sententiam supra citatus Soula *opuscul. de Confessar. sollicit. in annotat. ad dictam Bullam num. 4.*

2. Sed ego ubi supra, & meritò, contrariam sententiam tenui, & nunc iterum teneo, non solum in terminis Bullæ Gregorij XV. sed etiam aliorum Pontificum, & ideo præter Acugnam & Sancium, quos ibi citavi, docet hanc opinionem novissimè Caltrus Palaus *tract. 4. disp. 9. punct. 9. num. 1.* ubi sic asserit: Certum esse debet Sacerdotem jurisdictione carentem ad audiendas confessiones, si exponatur illas audire, & penitentem sollicitet, fore denunciandum, Tom. V

quia absolute censetur Confessarius, cum Ordinis potestatem habeat, & à peccatis venialibus & mortalibus confessis possit absolvere, & ab omnibus in articulo mortis, aliàs posset quilibet Sacerdos sollicitans affirmare autum fuisse sollicitare penitentem, eo quod jurisdictionem non haberet ad absolvendum à peccatis, quæ sibi erant confessa, quod esset, ledere decreta Inquisitionis, & constitutiones Pontificum, & quidem juxta constitut. Gregor. nemini potest esse dubium talem Sacerdotem comprehendere, cum hic Sacerdos simul se audire confessiones, & sic simulans ad Venerem incitet penitentem. Hæc Palaus loco citato.

3. Verum, ut advertit Sancius in *selectis disp. 11. num. 39.* Henriquez *lib. 6. cap. 23. num. 4.* & alij, si mala fides Confessarij & penitentis interveniat, quia unusquisque cognoscit confessionem invalidam iri ex defectu jurisdictionis, & ob id intendere nequeant conficere Sacramentum, in tali casu talis Sacerdos non esset denunciandus, verum ego contrarium puto, per ea quæ adducit Freitas in *editione noviss. de Confess. sollicit. quest. 13. num. 22.* Sed quicquid sit in terminis Bullæ Pauli V. & Clem. VIII. hodie stante constitut. Greg. XV. supradictus Confessarius erit denunciandus, ut rectè observat Sancius *loc. cit.* qui addit etiam hoc procedere à fortiori, si Confessarius deprehendens fornicatam verum propositum emendationis non habere, & ob id illam non absolvit, sed illam hoc non obstante sollicitet, nam in tali casu Confessarius erit denunciandus non solum in terminis dictæ Bullæ Gregorianæ, sed etiam aliarum Bullarum, quia licet in hoc Sacramentum non conficiatur, accusatio tamen in foro penitentis sit, quæ sufficit ad obligationem sigilli.

4. Ex quibus etiam sequitur quod Confessarius, qui ad libidinem mulierem provocat, quæ ei confitetur, ut excommunicationem Ecclesiæ pro defectu annuæ confessionis fugiat, comprehendatur in supradictis Pontificum decretis. Ita Soula *loc. cit. n. 18.*

RESOL. LXXXVIII.

An Confessarij sollicitantes in confessione sint suspecti de hæresi vehementer, & quæ pacto debeant abjurare? Ex p. 4. tr. 5. Ref. 51.

§. 1. Et si supradictos suspectos vehementer de hæresi, docuit Pegna in *director. par. 2. comen. 81.* in tr. 12. ref. & post illum Modius de *sacris Ordinibus cap. 27. num. 6.* 7. §. Difficultas. & M. Anton. Genuensis in *praxi Archiepisc. cap. 66. num. 2.* ubi sic asserit: Non est omittendum quod tentans mulieres in actu confessionis est suspectus de fide vehementer, quomodo sentit de sacramento Penitentis, etiam si prope actum confessionis ante, vel post ipsam tentaverit, ut fertur declarasse Clemens Papa VIII. Ita ille. Unde stante hac sententia debent abjurare de vehementi, & ideo Augustinus Bariola Consultor S. Officij in Inquisitione Mediolanensi in *tract. de Confess. sollicit. post flores Inquis. sic ait:* Debent Confessarij sollicitantes regulariter abjurare de vehementi.

2. Verum contrariam sententiam tunc teneo Paramus de orig. *Inquis. lib. 3. quest. 10. num. 115.* Ioseph Sella in *decis. Regni Aragon. tom. 4. decis. 449. num. 3.* Acugna in *tract. de Confess. sollicit. quest. 2. num. 20.* Antonius Soula *opuscul. de Confess. sollicit. tract. 1. cap. 5. num. 6.* & alij, asserentes suspensionem Confessariorum sollicitantium esse tantum levem, quod probatur à Soula, quoniam hæc suspicio non est vehementis, neque violenta; ergo erit levis. Antecedens ex eo apparet verum, quia ex facto non colligitur, neque ferè semper, M m 3 neque